



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

18. De quodam Sacerdote, qui dubitans sub consecratione de conuersione substantiæ. ex hostia sanctiſſima, quam manibus tenebat: viuus sanguis manare cœpit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

te mulieris cum tota plebe se in orationē prostravit. Et post paululum surgens, particulas panis, quam super altare poluerat, carnem factam reperit. Quam coram cunctis incredulæ Matronæ demonstrans, ad credulitatis gratiam tam illam reuocare potuit, quàm totum populum confirmare curauit. Rursus itaque in orationem cum eisdem prostratus, carnis fructum in panis primordia reformauit.

De quodam Sacerdote, qui dubitans sub cōsecratione de conuersione substantiæ, ex hostia sanctissimam quam manibus tenebat, uiuus sanguis manare cepit, Ex Platina in uita Urbani IIII. PP.

CAP. XVIII.

VRbanus Papa IIII. cum esset Hierosolimitanus Patriarcha: Viterbij, ubi curia Romana erat, à Cardinalibus numero XIX. inter se discordantibus, extra eorum Collegium IIII. Kalend. Septemb. Anno Domini M. CC. LXI. Romanus Pontifex renunciare sedem annos III. mensem unum, & dies IIII. in ueterem & nobilissimam Tusciæ urbem accedens, loci adpectu, & securitate delectatus (quod enim in summo saxo posita, & ad expugnandum difficillima) diu in ea cum curia Romana permansit. Nam Manfredi Siciliæ Regis Romanæ Ecclesiæ hostis potentia & vi sanctæ sedes tunc præcipuè vexabatur, à ciuibus Viterbenensis honorificentissimè susceptus, Medinardenses & Philippenfes primarios, urbis

ues, bello ciuili inter se laborantes, in concordiam redegit, & dum vixit eam conseruauit urbem sibi & Romane Ecclesie fidelissimam, variis ædificiis, tū publicis, tum priuatis, multis etiā priuilegiis exornauit Rempublicam, in ea postremo vrbe; Anno Domini M. CC. LXIII. sacratissimi corporis Christi solemnitas quinta feria post octauam Pentecostes ab eodem Pontifice perpetuis temporibus, cum solemnī supplicatione, quæ etiam nunc celebratur, instituta est, cum eius solemnitatis officium S. Thomas Aquinas, qui eo tempore publicè Theologiam in ea ciuitate profitebatur, composuisset, id verò factum fuit propter miraculum, quod hoc tempore Vulsimis in diocesi & ditione Vrbenetana, in Ecclesia S. Christinæ accidit. Nam dum sacrificus quispian sacra Missarum solemnia celebraret, Sacramento iam confecto, de panis & vini transubstantiatione & Christi corpore dubitauit, vnde statim (dictu & auditu mirum) ex sanctissima quam in manibus tenebat, hostia, viuus sanguis manare cœpit, & totā Mappam, quam corporale, vocāt, tinxit. Quo miraculo attonitus Pōtifex Vrbanus III. Corporale primum ad se ab Episcopo loci cum processione, urbem veterē transferri voluit, & illud solemnitate instituta in Ecclesia Vrbenetana recondidit. Quæ omnia ex eiusdem Pōtificeis Bulla, quæ adhuc exstat, intelliguntur, quanquam nō

me

me lateat, quosdam esse, qui, nescio quid
 quadam muliere sancta reclusa, nomine Euf
 fabulentur: quorum sententiam nihil moro
 cum quod supra dixi, vulgarissimum sit,
 cuius postea memoriam, ciues Vrbenetani
 tunc nobiles, ditissimi & potentes, nobilissi
 mum templum Deo, & beatæ virgini Mariæ
 fundamentis construere cœperunt, tanta ma
 le, apparatu, & impensarum magnitudine
 lebre, vt nullum in toto terrarum orbe tunc
 potuerit comparari. Cæterum hoc non, in
 XXV. anno post, Christi verò M. CC.XC.
 ãum fuit, Nicolao III. Põtificæ Maximo, qu
 eodem anno xij. die Nouembris, primum
 pidem in maximi & nobilissimi tēpli fundam
 mentis, Cardinalibus cum omni curia Rom
 na, multis peregrinis, Prælati, Episcopo
 tatis Clero, Magistratibus, nobilibus & v
 uerso populo Vrbenetano assistentibus, post
 bres supplicationes habitas solemniter post
 maximasque singulis annis, ipso die Ecclesi
 illam visitantibus indulgentias largitus est,
 aliis postea Pontificibus cõfirmatas & auct
 in quo celeberrimo templo postea sanctum
 Corporale collocatum est altari, & tabernac
 lo ad id conseruandum elegantissimè fabricat
 tis, quod singulis annis in die corporis Chr
 sti in celebri supplicatione deuotissimè cele
 fertur, finitimis omnibus populis eò illud
 ad id videndum confluentibus.